Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26236
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Restat nunc tertia pars de quatuor que proposita fuerant discutienda. In triplici materia omnia diuina sacramenta efficiuntur: scilicet aut in rebus. aut in factis. aut in uerbis. Quia enim totus homo corruptus erat. totum quoque hominis foris erat ad sacramentum sumendum erat. ut totum in sacramento foris sanaretur. et in toto uirtus sacramenti interius remedium operetur: Itaque in rebus sanandis erant. ut sanaretur hominis materia. in factis ut opa. in dictis ut uerba. ut totum uidelicet sanetur. et quod homo est. et quod homo est. In rebus efficiuntur sacramenta. sicut uidelicet sacramentum baptismi in aqua. sacramentum unctionis in oleo. sacramentum corporis et sanguinis christi in pane et uino. et quecumque alie corporales species. in quibus sacramenta diuina efficiuntur. In factis et inuenuntur sacramenta. que ad modum uidelicet cum signum crucis. uel pmunumine certa ad uis aspectes opponentes. uel psecrationes quibusque rebus sanandis impmentes facimus. uel cum extensis manibus sue elevatis in oratione. sue erectione. sue conversione. sue alio quoque gestu. uel motu. uel actu sacrum aliquid et sacrorum sacramentum exprimimus. In dictis sacramentum inuenitur. quemadmodum est inuocatio trinitatis. et certa eius nominum quocumque cum uiborum relatione sacrum aliquid et sacramentum significamus et exprimimus. Porro sciendum est quod cum his tribus modis sacramenta efficiantur: illa tamen magis proprie et principaliter sacramenta dicuntur. in quibus et per quorum sanationem. et effectus salutis operationem. His breuiter de materia sacramentorum plibatis. ad consequentia transeamus.

Quot sint genera sacramentorum.

Tria. Genera. sacramentorum. in prima consideratione discernenda occurrunt. Sunt enim queda sacramenta in quibus principaliter salus consistit et percipitur: sicut aqua baptismatis et perceptio corporis et sanguinis christi. Alia sunt que et si necessaria non sunt ad salutem. quia sine his salus fieri potest. proficiunt tamen ad sanationem. quia his uirtus exercetur et gratia amplior acquiritur. ut aqua aspersionis et susceptio cineris et similia. Sunt rursum alia sacramenta que ad hoc solum instituta esse uidentur. ut per ipsa ea que certis sacramentis sanandis et instruendis necessaria sunt. quodam modo preparentur et sanentur. Vel ecclesiasticas personas in sacris ordinibus proficiendis. Vel in his que ad habitum sacrorum ordinum pertinent inciandis. et certis huiusmodi. Prima quoque ad salutem. secunda ad exercitationem. tertia ad preparationem constituta sunt. His quoque puta ratio postulare uidebatur plibatis. ad ea que restant explicando transeamus. IESUS.

sacramenta

inclinatione